

Bartolo de Sassoguardo, In primam Digesti Veteris Portem, Venetiis 1570

Titu.

De iustitia & iure.

9

LEX IX.

- 1 Relatum quis vel qui potest declarare, qui resistit, & qui argumentatur.
- 2 Princeps solus constituit legem vniuersalem, populus particulari.
- 3 Populus carum iurisdictione, sine auctoritate superioris circa causarum decisionem, statueret non potest, scilicet circa administrationem rerum suarum. & nu. 6. & 51
- 4 Populus habens omnem iurisdictionem potest statuta facere sine superiore.
- 5 Populus qui habet iurisdictionem limitatam in quibus habet iurisdictionem potest sine superiore statuere.
- 6 Collega licita, in pertinentibus ad ipsos collegias, possunt statuta facere.
- 7 Civitatis pars in pertinentibus ad ipsam partem, potest statuta facere: scilicet quoad causarum decisiones. & nu. 28.
- 8 Rex, Legatus, sedes apostolice, alij maiores iudices, sive iudices possunt facere statuta. Comites, Barones, Marchiones, episcopi, & alij habentes dignitatem perpetuam, possunt statuta facere.
- 9 Praefides punitur nisi ab ecclesia, non potest facere statuta, sine consilio pincipalis.
- 10 Maiores iudices dicuntur illi iudices, vel iustitiales.
- 11 Potestas qui habet arbitrium imponendi poenam ubi non est expressa lege, vel statuto, non potest illam declarare in principio sui officij.
- 12 Magistri grammatice, possunt facere statuta circa bonos mores, & poenalia alienius coercionis non tamen poenalia pecuniaria.
- 13 Excommunicati & interdicti, non possunt facere statuta.
- 14 Statutes & non habentes potestatem, si dolo malo causa occupanda iurisdictionis statuta faciunt, incurrunt in nullam maiestatis.
- 15 Statuta qualiter fiant.
- 16 Princeps solus potest condere statuta.
- 17 Statutum si fiat ab his qui remanserunt in civitate, quod valeat quando absentes sunt in se expulsi, seu si inuile.
- 18 Consensus omnium simul requiritur, & non sufficit quod separatim omnes consentiant, quando statuta conduntur.
- 19 Populi voluntas in condendis statutis, potest per signa & ritus explicari.
- 20 Populus tunc, et non alius iudex, potest alteri demandare, et committere quod faciat statuta.
- 21 Statuta facta super dispositionis a nullo iure, valent, & super dispositionis a iure natura, vel gentium, addendo, vel minuendo, in totum autem tollendo, non.
- 22 Statutum quando potest super dispositionis a iure dimittere.
- 23 Statutum quod habetur positum in pace, valet.
- 24 Statutum quod per decem annos non petiuit debitorum, cadat a iure suo non valet, scilicet si dicit quod instrumentum praesumat fuisse.
- 25 Statutum si dicit quod contrarius minoris etiam si fuerit iuratus, non valet, nisi interuenierit consensus duorum consanguineorum non valet: scilicet si dicit, quod aliter factum, praesumat dolo.
- 26 Statuere quando potest super dispositionis, vel prohibitis a iure communi. Argumentum de pacto ad statutum quomodo procedat.
- 27 Statutum factum a civitate, nec a sententia, sive iurisdictionem licet appellari, an valeat.
- 28 Statutum primum procedens, quando potest per sequens mutari.
- 29 Statutum, quod per regem ad habitandum in tali castro, gaudeat immunitate perpetua, non potest renovari in praedictum eorum, qui iam venerunt.
- 30 Statutum praecedens habens clausulam derogatoriam ad secundum, quando potest per secundum renovari.
- 31 Statutum primum, si est iuramentum firmatum, quando potest per secundum tolli.
- 32 Statuti renovatio, an eandem solemnitatem exigit, quae in condendo.
- 33 Iuramentum an habeat vim verborum derogatoriorum.
- 34 Statutum iuratum, an possit per secundum renovari.
- 35 Statuta si sunt duo in eodem volumine contraria, attenditur primo loco positum: nisi possit per distinctionem reduci ad concordiam.
- 36 Statuta quos ligent, remittunt.
- 37 Statuta a quo tempore ligent.
- 38 Humilis sciens capiens debet habere praesentem statuti, etiam si statuti ignoravit.
- 39 Statutum postquam habuit vigorem, an liget solam sequentia, an etiam praecedentia.
- 40 Statutum quomodo trahatur ad praeterita iudicia, & ad non decisa, & dependens ita, etiam si in statuto hoc dicatur.
- 41 Transfatione sententiae, solutione iuramento, quietatione, praescriptione, vel similibus negotiis dicitur decisum.
- 42 Statuti, quod semina non succedant, & habeat locum in praeteritis, non comprehendit feminas, quae habuerunt partem suam, vel cum fratribus diuiserunt.
- 43 Statutum trahitur solum ad futura, quando hoc expressum cauetur.
- 44 Statutum simpliciter loquens, quando trahatur ad praeterita, & futura.
- 45 Statutum, quod visio instrumenti iudex faciat capi debitorem nec possit opponi contra instrumentum exceptio, nisi solutionis, quietationis, satisfactio, & quomodo habeat locum in instrumentis ante statutum confectis.
- 46 Statuti, quod possor bona fidei scribat, an possit habita ante statuti non predest.
- 47 Statutum quod viro mortuo in matrimonio sine filiis, vir lucretur tertiam partem, habet locum in dote data ante statutum, si vxor post mortuam.
- 48 Statutum in delictis quando trahatur ad praeterita, vel futura & nu. 51.
- 49 Pena quousque est ordinaria, & propria, semper suspicatur tempus delicti & n. 50.
- 50 Appellari non potest a statuto generaliter condito, scilicet si statutum est factum contra singularem personam.
- 51 Statutum ex comestibus, potest deprehendi etiam per verba generalia loquens, quod fuerit factum contra particularem personam.
- 52 Statuta quam interpretationem recipiant. nu. 54. 55. 56. 58. 60. & 65.
- 53 Infinita in statuto, equipollet vniuersali.
- 54 Communis usus loquendi in interpretandis sermonibus praevalet, & derogat omni constitutioni, & dispositioni, ac regulae.
- 55 Significatio propria vnde sumitur, & qualiter cognoscatur.
- 56 Argumentum a contrario sensu, quando habeat locum in statuto.

- 61 Statutum an extendatur ad casum, quod est idem, secundum iurisdictionem non secundum veritatem.
- 62 Statutum factum in una persona propria, non extenditur ad alias, scilicet in alijs dispositionibus.
- 63 Statutum loquens per verba praeteriti vel praesentis temporis an trahatur ad futura.
- 64 Statuta qualiter in iudicio deducantur, & quando inducant ius agendi, vel quando ius excipienti.
- 65 Statutum an debeat produci, sicut produciuntur alia instrumenta.
- 66 Statuta correctia quando possunt allegari.
- 67 Statuti particula non potest produci, sed totum statutum produci debet.

Omnes populi. * Omni populo iurisdictione habet ius civile vocat. Quod vero ab omni gente a qua custodit ius gentium appellatur. h. d. Primo ponit dictum bimembre, videlicet ibi, nam quod. Ibi secunda, ubi ponit exemplum primi membri, videlicet ibi, vero. Ibi tertia, ubi ponit exemplum secundi membri, videlicet ad finem legis. Causum in terminis pone sic. Dicitur est. & varia sunt iura quibus videtur populus Romanus. Quarto ergo an ius quo quisque populus videtur sit ius civile. Rndeo. Oes populi, &c. Notabilia collige per te. Opp. primo. Relatiui sunt, vel qui adiuncti certe generaliter sine copula, relinquitur genus, ut. j. de leg. iij. ca. in adiectio. Sed hic dicitur, oes populi qui legib. &c. Et sic innuit, quod quidam sunt qui non reguntur legibus, vel moribus. Quod est falsum, cum oes vrant iure gentium, vti hic in finem ergo, &c. Sol. dicitur quod hoc dicitur per homines syluestres, qui non videntur moribus, nec legibus, nec ratione. In li. co. Sicut autem civile. Hoc non placet, cum tales homines syluestres non faciant populum, ergo de illis non meminit haec lex quae dicit, oes populi. Alij dicunt, quod hoc dicitur per populos de nouo in cohabitatos, qui non habent certam legem, de origine iuris. Ij. in principio, & ibi notat in Jacobo de Are. Sed nec nobis opus ista placet, quia tales legibus & moribus, sed declaratiue hoc modo, oes populi, quod oes: ratio est, quia qualitas quae ponit per relatiui comparit eulibet de genere. simile habet. C. de sum. tri. & hinc catho. li. & ad Tre. l. iubemus. Aut ergo equalitas, quae per relatiui adiecit copiam eulibet de genere, & ponit declaratiue, vti hic, est similis. aut non copietur eulibet de genere, & tunc aut, relatiui ponit sine copula, & ponit restrictiue: aut ponit cum copula, & tunc ponit augmentatiue, d. l. eo in adiectio. Secundo opp. * & vbi solus princeps possit facere leges, vti C. de leg. l. si hic aut dicit, omnes populi, qui legibus &c. ergo male cum innuat quemlibet populum, posse leges condere. Sol. Dicunt quidam, quod haec, per illam corrigatur, quod non placet, quia dicitur eulibet legum correctio quantum potest. vti. l. vii. C. de inoff. do. Vel dicit glo. ibi loquitur de iure gentium, hic de iure proprio. Voluit dicere glo. quod illud ius gentium appellatur. Item ius civile proprium potest constitui a populo, vti hic, sed ius civile commune constituit solus princeps, vti in contrario. Vel dicit quod solus princeps constituit, & nullus alius solus, vti in contrario non. sed bene potest constitui populus, vti hic d. l. in. Tertio opp. & videtur quod ille textus sibi contradicat, dicit enim quod vero naturalis ratio, &c. postea dicit, quod vocatur ius gentium, imo debet vocari ius naturale, quia ratio naturalis inducit. Solutio. Patet, quod ius gentium potest vocari ius naturale, secundum verum significatum, vti no. 3. eo. l. j. Sicut naturale. In li. de rer. diui. singulorum. Vel solue, potest vocari ius naturale, vti dicit, sed proprius vocatur ius gentium. Nam cum verbum naturale, refertur ad rationem, intelligitur de iure gentium. Nam non est commune omnibus animalibus, caribus ratione, sed solis gentibus, & ita loquitur hic. Item quandoque verbum, naturale, refertur ad hominem, & idem, quia intel ligitur de iure gentium, vti. 3. eo. l. vii. ibi, inter nos cogniui onem quandam natura constituit natura, &c.

EXPEDITVS de prius, quia haec lex tractat de iure proprio, quod ipsa ciuitas sibi constituit, hoc est de statutis, id est de iuramentis tangamus per quod principales, & accessorias. Primo quare quis possit facere statuta. Sed o qualis. Tertio de quibus. Quarto quos ligat statuta. Quinto a quo tempore liget. Sexto vtrum statuta recipiant interpretationem.

ADDITIONES.

- a. Parit. Quod populi. Circa materia ista adde primo, an dispositio huius legis habeat locum in ecclesia. Ita videtur populus sine superiori auctoritate sibi facere leges, vide Pan. in c. q. clericis. ver. vlt. no. de so. cop. It. an, & quod statuti possint fieri in iudiciis personarum particularium, & an, & quando tunc sit opus appellatione, vide late Fel. in c. cum oes. in prin. extra. de consili. l. i. j. de legi. & ibi et ponant in bene notum priuati & particularis personae fieri possunt, sed ibi ponit, de modo & forma condendi statuta. It. ibi ponit an mulieres interesse possint. It. & possit appellari a statuto iniquo, & nunquam tractat in rem indicat vide l. i. in prin. & q. i. iur. vide eundem in l. j. post prin. eo. ij. vbi dicit, quod quicquid esset doctore factum statuto, non est nullum, quia est ius iuri. It. an factum in odium alienius non valeat, licet factum esset verbis generalibus, vide quod dicitur, quam ponit l. i. in l. quominus. in 1. q. i. de iur. de iur.
- b. Poena. Quod populi videtur. Adde quod statuta municipum, sicut ius commune in loco, in quo vigent, vide Fel. in c. ius naturale. in prin. j. dist. in.
- c. Secundo op. Vide multa per Fel. in c. ad petitionem. extra. de accu. ver. considerata.

Prima Barto. super. ff. vet. c.

B